

ret, oportuit et hunc non a coelo capi. Capi captiuitatem significare et loci inclusionem, qualem de Christo cogitare et coelo hunc captum esse dicere, profanum sit, rem ad Caluinismum tendere et Bezam ita esse interpretatum,¹⁹ cuius interpretationem, qui sequantur, eos etiam sententiae ipsius approbatores esse. Ideoque subesse sub hoc aliquid, de quo cautor ipse praeclarus ecclesias monere, ut caueant necesse habuerit.²⁰ Metuit nimirum iste non κατὰ γνῶσιν ζηλωτῆς, nisi Christum hominem in coelum ascendisse et ibi esse neget et nisi vbiquitatis²¹ Eutychaeae²² astipulator fiat. Hoc igitur nisi faciat, metuit, ne eripiatur ecclesiae vera doctrina de coena domini et de praesentia vera filij Dei in ea coena, quam ipse instituit et communicatione vera corporis huius cum ijs, qui hac coena utuntur. Itaque articulum fidei de ascensione in coelum labefactare et, quantum in ipso est, euertere minus dubitat et Christum verum hominem esse negare et humanam naturam, quod exuerit, affirmare. Cumque sacramenta sigilla sint fidei²³ et articulorum huius et ad hos confirmandos instituta et sacramenta fidei inseruiant, ipse hos conuellere molitur, ut superstitionem profanationem atque idolatriam pontificiam in sacramentis stabiliat. Neque vero illi transsubstantiatores tui, qui panem euanescere disputant, tam sunt profani, blasphemi aut incogitantes, ut propterea in hoc de ascensione Christi fidei articulo quicquam architectentur, sed propterea transsubstantiationem suam introducunt, ne hunc conuellere necesse habeant aut Eutychaeum quicquam admittant.

De sacramento autem coenae dominicae in eadem catechesi, quam infamat censura tua, ecclesiarum nostrarum confessio plane et diserte est [A 4v:] exposita, ut, cur tibi aut alijs suspiciones fingas et ὑποῦλον sub his aut illis verbis nostris comminiscaris, causam nullam habeas. Tu vero planam confessionem nostram mittis et, ut existimamus, etiam approbas; non enim contradixisti huic hactenus et suspicionibus indulges obscuris loco alienis-

¹⁹ Der Genfer Theologe Theodor Beza hatte 1565 in seinem Kommentar zum Neuen Testament Act 3,21 passivisch übersetzt: „oportet Christum coelo capi“. Vgl. Theodor Beza, IESV CHRISTI D.N. Nouum testamentum, siue Nouum foedus. Cuius Graeco textui respondent interpretationes duae: vna, vetus: altera, noua, Theodori Bezae, diligenter ab eo recognita. [...], Genf 1565, 18. 1567 bestätigte er diese Übersetzung in einem weiteren Schriftkommentar. Vgl. Ders., IESV CHRISTI D. N. Nouum testamentum, Gr. et Lat. Theodoro Beza interprete. [...], Genf 1567, 183.

²⁰ Vgl. Selnecker, „Commonefactio“, A 1v–2r, unsere Ausgabe, Nr. 4: Commonefactio (1571), 311.

²¹ „Vbiquitas“ ist die gegnerische Bezeichnung für die Lehre von der Allgegenwart Christi nach seiner göttlichen und menschlichen Natur, wie sie z.B. von Johannes Brenz aus der realen Mitteilung der göttlichen Eigenschaften an Christi Menschheit (Communicatio Idiomatum realis) abgeleitet wurde. Von den Württemberger Theologen wurde diese Bezeichnung als ein „heßlich, feindselig Vocabulum“ abgelehnt (Hutter, Concordia concors, 65).

²² Vgl. unsere Ausgabe, Nr. 1 Propositiones (1570), 37, Anm. 55.

²³ Rudinger nimmt in seiner Bestimmung der Sakramente als „sigilla fidei“ einen Gedanken Melanchthons auf. Vgl. Philipp Melanchthon, Loci praecipui theologici (1559), in: CR 21, 847 (MWA 2/2, 498,10–13).